

eliciat: Utiles quoq; est preservativi loco, si manè ejus cochlearia bina capiantur. 2. Fumanellus lib: de Peste cap. 5. Lignor stillat: Galege sumentem à Pestilenti febre arceat, aut eâ adfe Tum sanat.

17. *Aqua Malorum Arantiorum. . Matthiolus lib: i cap. 131. Hac aqua optimè facit ad febres Pestilentes, datur potanda 3vi pondere, magno sanè auxilio, ubi à centro ad circumferentias humores infectos trahere sit opus, siquidem valenter sudorem provocat, ac Cordi subvenit. 2. Heurnius in meth. med: Aqua florum Arantiorum valde confert Pestiiferis malis, præsertim ubi Petechia efflorescunt. 3. Caltor Durandes in Horto San: Aqua Arantiorum utiliter in Peste, ac pestilentibus febribus propinatur.*

18. *Aqua Cruciatæ. 1. Tragus in Hist: Stirp: & in lib: de Peste. Aquâ Cruciatæ adversus Pestem utuntur nonnulli. 2. Lonicerus parte 2. Herbar: cap. 167. Aqua Cruciatæ venenis adversatur, unde non immeritò contra Pestem quoq; adhiberi potest. 3. Mart: Mullerus de Peste. Aqua Cruciatæ in Pestilentibus febribus prodest.*

DISTINCTIO II.

OLEA STILLATITIA.

1. **O** *Leum Juniperi. 1. Adolphus Oeco de Peste. Oleo juniperino utuntur quidam calo Pestilenti, efficaci amuleto, naribus & temporibus eo inunctis. 2. Heurnius lib: i. Meth: med:*

D d 2

Oleum

Oleum Juniperi sedam vim aeris intro sumptum, arceat.
 3. Henricus à Bra in Catal: Simpl: ex Henrico de Turri: *Præservativum insigne ad Pestem*, quo usus est Nobilis quidam Vienna in sauis. Peste, & liber mansit cum totâ familiâ, cum cetera familia omnes periclitarentur. Primò totam domum suffumigavit Oleo Juniperi, vivis carbonibus arceso: Postea antequàm foràs progredierentur domestici frustulum panis tosti, 3. aut 4. Gut: Olei Junip: imbutum devorabant: Tertiò pulsus brachiorum, tempora ac nares hoc Oleo illinebant. 4. Andernacus jubet, ut Gossypium, Oleo Juniperino imbutum in pixide circumferatur loco Pomambræ, tempore Pestis. 5. Weckerus in Antid. spet: lib: 2. Ol: Juniperi corpus ab omni Veneno & Pestilenti aere tuetur. 6. Palmar: cap: 18. de Febr: Peste: Una Gut: Ol: Junip: aliis alexipharmacis mixta, sudores copiosos movet, & Pestis pernitium obviat. 7. Joh: Poppius lib: 1. de usu rem: Chymic: *Oleum hoc insigne arcanum est contra Pestem*, siquidem ab infecto omne venenum per sudorem expellit mirificè. 8. Kunradus in Part: Medul: de Rill. Tract: 20. Ol: Juniperi insigne Pestis præservativum & curativum est, veneno enim potentissimè resistit, & à Corde illud per sudorem expellit, idcirco tamquàm singulare Antidotum contra hanc luem magnificandum. Infectus G. 12. vel 15. hujus Olei sumat bis in die cum pauxillo Theriaca &c. 9. Bokelius in suo Regim: idem *Oleum valdè in Peste abigenda deprecatur*. 10. Reinocerus lib: 6. Thes: Chym: Ol: Junip: sumptum & arteriis ac temporibus illitum à Peste præservat. Pro curatione verò G. 6. bis spatio h. 24. dentur.

2. Oleum

2. *Oleum Citri*: 1. Jul: Palmar: cap: 18. de Febr: Pestil: *Oleum Cort. Citri putredini, & venenis Pestilentibus prater opinionem resistit, sumptum, aut Carpis ac Cordis regioni inunctum*. 2. Adolphus Occo in Tract: de Peste. *Oleum à Granis Citri in Pestilenti statu optimum est Alexiterium*. 3. Sylvius in libro: 3. Melues, de re Medicà: *Oleum ex Seminibus Citri in Peste, Alexiterium est*. 4. Quercetanus in Diætet: sect: 3. cap: 12. *Ex Cortice Citriorum Oleum Cardiacum & sudoriferum, ad Pestem, aliosq; adfectus venenatos extrahitur*. 5. Joh. Bokelius parte 1. Regim: sui cap: 17. *Oleum Citri egregium est præservativum, si tempore Pestis nares, tempora & pulsus eo inungantur*. 6. Ioan: Hennem: Reyling in Idea Leimode: *Oleum Cort: Citri ad G: 3. quotidie sumptum cum Syr: Acetos: Citri Pestilentibus infectionibus resistit*. 7. Hollerius in lib: de Peste. *Oleum Citri in præservatione Pestis laudatur, si G: 3. ex decocto Berberon: aut Syr: de Limon: dentur*. 8. Joh Poppius lib: 1. de usu remed: Chym: *Oleum Citri præservat hominem à Pestiferà infectione, si cum Sach: mixtum, redigatur in formulas Rotularum, quarum una atq; altera manè deglutiatur*.

3. *Oleum Succini albi*. 1. Crollius in Basil: Chym: *In Peste una Guttula Ol: Succini manè ac vespèri naribus adfricetur, sic enim nullum venenum Cor inficere potest. Correptio datur à ðj ad ðij in aqua Carduib:* 2. Joh: Rhenanus in Antidotar: Pestil. *Ol: Succini naribus illitum, potenter præservat à Peste*. 3. Joh: Poppius lib: 1. de usu remed: Chym: *Oleum Succini admo-*

dum confert Febris ardentibus ac Pestilentibus intro-
datum. Cautè tamen ejus usus à prudenti Medico ineundus.
4. Iohan: Neander in suo Regim: de Peste. Oleum Suc-
cini in signetum preservativum, tèm curativum Pestilen-
tium febrium est. 5. Ioh: Dan: Mylius lib: 2. Antido-
tar: c: 5. Oleum Succini ab omni veneno, & aere pestilen-
ti preservat naribus inunctum, vel medicamentis idoneis
admixtum. Idem lib: 4. cap: 22. Sacrum hoc Oleum olim
adpellatum fuit, ob vires ejus insignes, quas tùm per se,
tùm aliis admixtum præstat in Peste. 6. Gabelkoverus
in Ichol: ad cap: 9. Andr: Baci de Gemmis: Ol: Succini
Gut: 2. vel 3. in Bombace vel Pomambra gestata ac odo-
rata, infectum aerem arcent; idem præstant Tabula, cum
unà vel alterà gutta hujus Olei commixta. Qua ratione
hoc Oleum utiliter in ejusmodi Aeris corruptione pro vero
Europæo Balsamo usurpari potest. Non solum autem à
Peste preservat, sed eandem correptos feliciter etiam curat,
si G. 7. Olei cum 3ß Salis Absinth: in Ag: Carduib: vel Ace-
tose sumantur, & æger ad sudorem se componat. 7. Turn-
heiserus in suo Pharmac: itinerar: idem oleum inter a-
lia quoq; contra Pestem commendat. 8. Libavius lib: 5.
de Succino in Ichol: ad cap: 28. ex Neandro: Oleum Suc-
cini adversus Pestem propinatur, cum Conservà Scordij &
Aqua Carduib: potest & diaphoreticis in Peste admisceri.
9. Idem in cap: 27. ibid: Ol: Succ: habet varium usum ad
arcendam Aeris malignitatem, si naribus intus eò perun-
gantur. 10. Weckerus ex Andernaco lib: 2. Antidor:
spet: Ab omni Veneno & Aere pestilenti preservat Oleum
Succini, naribus illitum, vel aliis medicamentis admixtum.

11. Da-

11. David Herlitius in regim: suo de Peste. *Inter alia praestanciſſ: praſidia contra Peſtem, oleum Succini non inſimum locum obtinet, ſed nares eo inungantur, arcet enim omnem venenatum aerem, ne per nares ad Cor trahatur.*
12. Conradus Kunrad parte 2. Medul: deſtill: Traſt: 8. *Oleum Succini magnarum ſanè eſt Virium in amoliendâ Peſtiferâ infectione.* 13. Michael Doringius in Dia-tribe de Opobali: Sect: 3. cap. 3. *Ad Aeris contagia & Peſtem declinandam, vel nares ipſos oleo Succini perungere, vel guttulas aliquot goſſepto exceptas naribus olfaciendi gratiâ admo-verè expedit.* 14. Anſhelmus Boethius lib: 2. de Gemmis, cap 160. *Olei Succini uſus eſt ad aeris contagia ac Peſtem prohibendam. Ejus autem Gutta 3. cum Sale Abſinth: & Aqua Scabioſ: vel Acetoſ: ſumpta quotidie praſervant à Peſte, ac curant, G. 7. cum Aq: Carduib: & Sale Artemiſ: bibita, quia ſudorem potenter movent, ac virus omne expellunt.* 15. Kunradus Parte 1. Medul: deſtill: Traſt: 9. *In Peſte Oleum Succini, ſingulare eſt praſervativum ac Baſamum, cum aqua Scabioſ: ſumptum jejuſto ſtomacho, vel in tabellas redactum addito Saebaro. Curativum etiam eſt egregium, ſi guttula ejus aliquot ab infecto cum Aqua Carduib: vel Fumar: capiantur, indeq: ſudori opera detur.* 16. *Commendatur quoq: hoc oleum ad Peſtem à Beguino in Tyrocinio Chymico cap 6. Item à Fuchſio & aliis.*

4. Oleum Angelicæ. 1. Tabernæmont: Sect: 3. lib. 1. cap. 12. *dentur Gutta 3. Oleum Angel. cum Vino*

adver-

adversus Pestem. 2. Joan. Poppius lib. 1. de de usu medicis pagir: *Tempore Pestis Oleum Angel: maximum est Arcanum, si cum Sacharo mixtura redigatur in Tabellas, harumq; una vel altera mane deglutiat, resistit enim veneno, nec sinit malignam infectionem subire corpus. Si quis autem hac lue infectus fuerit, Ol: hujus Guttas 6. vel 8. cum Aqua Carduib. sumat ac sudet per 3 horas. Et inde maximum commodum percipiet.*

5. *Oleum Zedoariae.* 1. Poppius loco jam citato. *Ol. Zedoaria ad G 5. vel 6. exhibitum cum Aceto scilicito, efficaciter preservat à Pestifera Lue; Ab infecto vero virus per sudorem expellit, quia confortat Cor, nec sinit venenum ad illud penetrare.* 2. Turnheiterus quoq; in Pharmacop. castrensi, idem Oleum inter alia, commendat in Peste.

6. *Oleum Camphoræ.* 1. Weckerus Antidotar. spet. lib. 2. ex Andernaco: *Oleum Camphoræ datur ex liquore idoneo ad febres ardentes, continuas & Pestilentes.* 2. Joh. Bokelius in suo Regim. cap. 20. *Oleum Camphoræ in Peste multum prodest.* 3. Hennemanus Reyling in Idea Loimode. *Oleum Campb. ad G. 1. cum Aceto Theriacali, mirifice preservat à Peste.* 4. Iohan. Poppius lib. 1. de usu remed. Chym. *Admodum hoc Oleum prodest Febribus Pestilentibus intro datum, sed cautione tamen adhibita.*

7. *Oleum Baccarum Lauri.* 1. Cunradus Kunrad 2. parte Medul. destill. Tract. 10. *Hoc Oleum in signe Pestis est preservativum, si ejus aliquot guttula mane*

mane

mane cum frustulo panis tosti, Aceto prius intincti sumantur, vel nares hoc Oleo inungantur. 2. Julius Palmarius lib. de febr. Pestil. cap. 18. Ol. stillat: Baccarum Lauri datum, deprehenditur liberare Peste infectos per sudorem. 3. Ioh. Poppius lib. 1. de usu remed: Chymicor. Hoc oleum, Venenum omne potenter exturbat, & in primis tempore Pestis, maximus & singularis est ejus usus, si Gutta 8. cum Theriacâ mixta dentur, per sudorem malignitatem Pestiferam dissicit.

8. Oleum Rutæ: Iohan. Poppius lib. modò citato. Si G. 6. vel 9. hujus Olei in Aceto Rosæ: vel Rutæ: adsumantur, Virus Pestiferum per sudorem expellunt. Et qui nondum adhuc infecti sunt, eos mirificè præservat hoc Oleum, si quotidie illud in convenienti vehiculo usurpetur.

DISTINCTIO III.

SALIA CHYMICA.

SAL Absinthij. 1. Ioh. Daniel Mylius lib. 6. Basil. Chym. cap. 5. Sal Absinthij in Peste, arcanum, excellensq; est remedium. 2. Joh. Tholdius Sect. 4. suæ Haligraphiæ. Salis Absinthij 3ß quotidie manè cum vino sumpta, præservat à Peste, si sudor inde eliciatur. 3. Palmarius cap. 18. de Febr. Pestil. Sal Absinthij sudoribus eliciendis & ichoribus absorbendis, in quibus Pestilens perniciēs sedem habet, manifesto experimento conducit. Datur ex Aqua Cardui & succo limonum. 4. Ioannes Mollerus in Tract. de Peste cap. 5. Sunt qui Gr. 10 vel 12. Salis Ab-

E e

sintbij